

S. P. Admodum Reverende Pater

40

Chauissime & Doctissime Vir.

Dum ad literas meas, praesertim postremas d. 3. mensis hujus scriptas, responsum abs Te praestolor, visum est mihi conveniens, ut nunc quoque paucis Te alloquar, & priora illa postulata de Extracto Scil. sive Compendio quodam Creditissimi illic tractatus de Cometa Italiae, quod operi meo Tuo sub nomine inderem, tum de conciliandis diffidentibus Heveliana & Vestra Romana de viso ad anulum Andromedae Borealis Cometa sententijs, in memoriam Tibi revocem. Ad haec adjungere aliquod necesse habui epistolium opusculo isti, quod P. Riccioli Tuique causa haud levi labore concinnavi. Nec enim solum, ut vides, Prodromum Cometicum Hevelianum in compendium redegi, sed & annotationibus quibusdam hic illic ornare volui, quod tamen non parum, ubi ad quaestiones à me & per me ab alijs, majori renem Astronomicarum peritiâ instructis, propositas respondebit, augetur, nec parum luminis quod Palatii Astronomici camenti inferat. Magni me, ut par est, labores Hevelianos facere, fateor & ubique testor, & si Prussia provinciarum nobilissima Copernico, Argo & Crigero certi & Hevelio, si vel omni propter comparatione odiosa abstineam, optimo jure gloriam potest. Praecipue verò ~~est~~ gemina illa non tantum Mercurij sed & Palladis amibz vrbz Daniscum, cui ~~est~~ hia caeli Astronomici sidera (Copernico enim Thonaeum pulchra & polita gaudeat) debent. Tanti verò lubentij de Hevelio apud Te loquor, quia video Te quoque ipsum ejus accuratas observationes Solares & Lunares magni facere & cum dubio procul vel solum vel cum paucis alijs, dum tom. 1. Mundi Tui Subterranei c. 5. ~~quam~~ contemplans & perlustrans Lyceos nostri seculi Astronomos memoras, intelligere. Quanti ipse Ricciolo Socij Tui longe doctissimus eum faciat, in sua quoque ad me epistola testatur, dum se multum ex ejus, sicut & Cl. Bullialdi, Amici iidem mei pl. colendi, laboribz didicisse fateor. Atq; hoc erat causa, quod me permoverent, ut Prodromum illum Hevelianum compendiosius, <sup>on</sup> via ad vos mittam eun, demq; vobis quamprimum sistam. Caeterum quod ad augustum illud, opus Tuum, quod dixi, attinet, fateor Augustis & Mecenatibus fuisse dignissimum. Miror in Te profecto humani ingenij vim fa-

ge

gaucissimam, perspicacissimam, investigandorū naturā mysterionem in-  
satiabilem & inquietam, quia indefessam agendo. O quantam ro-  
busta illa Tua mens agitat molem. Maria fluctifona sulcas,  
iratis immisceas Te undis, immensi Oceani fundum petis, fluxum &  
refluxum ejus, <sup>evincibilis & iterum fugaces Euros</sup> mētris, terras alio Sole calentes & extrema Indianum  
adis, praerupta montium caput inter nubila condentium scandis juga,  
Vesuvij, Aetnae & Aetnae incendia, Plinio Senioni longē felicior, per-  
sentatq; evadis, sed & Lunae ~~stellaramq;~~ orbis imò ipsam Solis Aegiam  
exploras, quem ego ingenij vires in rimandis Terrae visceribus  
explicaturum putabam. At video tanti ingenij virtuti inviam nul-  
lam esse viam. Parce precor, si infra menta Tua, quod menti vere-  
or, confisso. Nondum vitē immensa illa Mundi Tui spatia peregrin-  
nondum omnes intercapedines emensus sum, nondum tot anfractus  
perreptavi, nondum omnes excussi angulos, sed solummodo cur-  
sonis <sup>oculo</sup> ~~perreptavi~~ hanc & illa, ex quo scilicet Mundi ille Tug in or-  
bem nostrum paulo ante delatus est, perlustravi. Sed gratulor  
michi non inventuros quidquam in Tua ista tam valida ma-  
china praesidij illos qui astris imperium in humanas mentes  
deferunt usq; fascis judicij subijciunt, dum Tu soli lucis calorib; &  
parenti & stellis influentiam in sublimaria hanc beneficam adscribis, ille sa-  
manente arbitrij humani libertate, cui dum indissolubili nexu coele-  
stis gratia jungitur, mediā inter fastuosam arrogantiam & securam  
ignaviam tuto iter viā, ad eludenda vel certe elidenda cuncta strate-  
gemata Satanae. Sed hinc sisto gradum, dummodò id unum abs Te  
impetrem, ut ad has, sicut & ad priores meas literas obtineam  
responsum, sine quo nec inchoari operis adfecti editio potest,  
quā tamen mihi, urgentib; Amicis, maturanda foret. Velim itaq;  
quamprius responso Tuo me bees, qui sum semper

T.

Hamburgi 24. Junij  
1665.

Observantiss.  
Stanislaus Lubieniczki  
Pa.

The  
 first  
 of  
 the  
 year  
 1781  
 was  
 a  
 very  
 happy  
 one  
 to  
 me  
 and  
 my  
 family  
 as  
 we  
 were  
 all  
 well  
 and  
 happy  
 as  
 ever  
 and  
 I  
 hope  
 to  
 continue  
 so  
 for  
 some  
 time  
 yet  
 I  
 am  
 not  
 sure  
 of  
 it  
 as  
 I  
 am  
 not  
 a  
 doctor  
 and  
 do  
 not  
 know  
 what  
 will  
 be  
 the  
 result  
 of  
 it  
 but  
 I  
 will  
 do  
 my  
 best  
 to  
 keep  
 you  
 all  
 well  
 and  
 happy  
 as  
 ever  
 and  
 I  
 am  
 your  
 affectionate  
 father  
 J. Adams

J. Adams

Admodum Reverendo Patri Clarissimo  
et Doctissimo Viri Dni Antonii  
Kircheri, S. J. Theologo et Philosopho  
Celeberrimo p.

Academica  
Romae.

